



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXXXVI. De Conflictu in Pocarwis, ubi multi Christiani sunt occisi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Poppo de Osterna VI. Magister Gener. Ord. Teut.
Hartmannus de Grunbach V. Mag. Prov. in Prussia.*

fuerat, comprehendenterunt, & collum ejus sub duobus asseribus compresserunt, quo usque deficiens expiraret, asserentes, quod tale genus Martyrii competeret Viris sanctis, quorum sanguinem effundere non auderent.

CAP. LXXXVI.

*De**Conflictu in Pocarwiz, ubi multi Christiani sunt occisi.*

Anno Domini MCCLXI. volante famâ per Anno Domini
secutionis hujusmodi per Almanniam MCCLXI. Urbanus
commoti sunt Principes & Barones. Unde Do- Papa IV. instituit
minus de Reyder & multi Nobiles de aliis festum Corporis
Teutonicæ partibus compatientes fidei & Christi, quod post-
delibitis, quod novella plantatio Ecclesiæ in ea Viennæ à Cle-
partibus Pruschiæ per multorum fidelium san- mente Papa V. in
gvinis effusionem erecta, deberet tam misera- Concilio Generali
biliter interire, venerunt dictæ terræ in subsi- An. MCCCX. confir-
dium. Cum quibus fratres & eorum armigeri intraverunt matum fuit.
territori Natangiæ, & devastatâ ipsâ incendio & rapinâ, captis &
occisis multis, redierunt ad eum locum, ubi nunc situm est Ca-
strum Brandenburg, ibique Castra metatis sunt. Placuitque fra-
tribus & peregrinis, ut aliqua pars exercitus rediret in dictam
terram iterum depopulandum relictâ aliâ parte in dicto loco.
Quo facto Naclangi considerantes, quod pauci non auderent
ipsorum terram deprædari, congregati invaserunt residuam
partem Exercitus in Pocarvz, peregrinis & Fratribus ex ad-
verso viriliter se opponentibus, & præcipue quidam miles de
West.

Poppo de Osterna VI. Mag. Gener. Ord. Teutonici.

Hartmannus de Grunbach V. Mag. Provincialis in Prussia.

Westphalia dictus (a) Stenkel de Bentheim, qui audierat in quodam sermone Episcopi, quod animæ fidelium interfectorum in Pruschia deberent ad cœlum sine omni purgatorio volare, hic per urgens (b) dextrarium suum calcaribus, applicatâque lanceâ, more militari pertransit hostium Cuneos interficiens impios à dextris, à sinistris, & cadebant ab eo huc & illuc. Sed in reditu, dum venisset ad medium ipsorum, occisus est, ortumque est inter eos grave bellum ex utraque parte, pluribus vulneratis lethaliter & occisis. Tandem sicut DEO placuit ita factum est, quod ipse Dominus de Reyder cum magna parte Exercitus & fratribus, qui cum eo fuerant, est occisus, quidam capti, in fugam cæteri sunt conversi. Dum hæc agerentur, fratres cum alia parte exercitus dum appropinquantes loco certaminis viderunt Exercitum Christianorum confusum, nec possent præ multitudine hostium liberare, per viam aliam ad propria sunt reversi. Post hanc cædem Nattangi volentes victimam Diis offerre miserunt sortem inter Teutonicos ibi captos, ceciditque duabus vicibus super quendam Burgensem de Megdenburg, Nobilem & divitem, dictum Hirschals/ qui sicut angustia constitutus, Henricum Monte rogavit, ut ad memoriam reduceret beneficia, quæ ipsi in Civitate Megdeburg sapienter exhibuit, & cum ab hac miseria liberaret, quo auditio Henricus eidem compatiens, ipsum duabus vicibus liberavit. Sed dum tertio missa fons caderet iterum super eum, noluit redimi, sed sponte offens se in bona confessione hostiam DEO, ligatus super eqvum suum, est Crematus: Nota hic quod idem Henricus & plures alii sub Juramento suo postea affirmabant, quod cum idem Burgen sis in equo crematus emitteret spiritum, viderunt ex ore ipsius columbam albissimam eyolantem.

Bb

ANI-

PARS TERTIA

194

*Poppo de Osterna VI. Magister Gen. Ordinis Teut.
Hartmannus de Grunbach V. Mag. Prvinc. Prusiae.*

ANIMADVERSIONES.

- (a) Chron. Germ. in 4. M.S. habet Schenkel von Bentheim. Forsan legendum est Stenkel von Bentheim/ quæ conjectura est Nobilissimi Dn. Zameli.
- (b) de dextrariis vide quæ notavimus ad cap. 102.

CAP. LXXXVII.

Prænosticis hujus Belli.

Fuit in partibus Almanniæ quædam vitæ Sanctæ mulier in quodam (a) reclusorio, quæ audiens dæmonum multitudinem cum magno strepitu & fragore præcedere cellam suam, adjurans ipsos quæsivit, quo tenderent, qui dixerunt: Versus Prusiam. Ibi cras erit grande bellum. Respondit ipsa, dum redieritis renunciate mihi, quid ibi sit actum. Qui reversi dixerunt, quod Christiani perdidissent victoriam & quod omnes animæ quarum corpora ibi occisa fuerunt essent salvatæ, præter tres, quæ non devotionis tantum sed exercendi malitiam suam venerunt ad hoc bellum.

ANIMADVERSIO.

- (a) Supra cap. 82. nominat inclusorium.

CAP. LXXXIX.

Morte plurium Peregrinorum.

Eodem anno Comes de Barbye venit in Prussiam cum multa militia, & intravit terram Sambia: post cujus depopulationem Sambitæ congregati invaserunt eum in die B. Agnetis Virginis

